

Amplius aliud animal aquatile, & quadrupes non est omittendū, quod in vna Moluccarum insularum viuit, Camphurch vocatur, vt testatur Theuetus, referente Pareo. Hoc magnitudine Ceruum aequat, cornu gestat in fronte mobile, ferè instar cristæ galli indici, trium pedum longitudine, & aliquando ad crassitudinem humani brachij accedens. Ceruicem pilis cinerei coloris habet tectam. Pedes posteriores anserinis habet similes, quibus ad nandum in aquis dulcibus, & salis vitur. Pedes autem anteriores ceruinis sunt affines. Piscibus vicat. Pleriq; sibi persuaserūt hoc animal Vnicornis esse speciem, & propterea cornu aduersus venena habere efficax; Rex Insulæ, Theucto teste, huius Feræ nomine insigniri gloriatur.

Camphurch effigies.



PARALIPOMENA HISTORIAE
omnium Quadrupedum.

DE MONOCEROTE.



IRCA formationem huius animalis, Authores inter se sententijs variant vt in Historia Solidipedum narratum fuit. Cum nonnulli hanc bestiam ad genus quadrupedum Solidipedum, alij ad genus Bifulcorum, & demum alij ad genus Digitorum referant, nec mirandum est, quoniam alicubi canes cornuti uiuere feruntur. Veruntamen vt plurimum inter quadrupedes Solidipedes recensetur: siquidem testificantur, quod in Occidentali India Barbari Verapacis apud se magnum animal forma equi, crassum cornu in fronte gerens versari afferunt. Alij autem Authores alia tradit: nihilominus adhuc non constat cuiusnam formæ conditionis, & prærogatiuæ sit illud animal, quod per excellentiam Vnicorne appellatur. Monstrantur quidem à Circumforaneis cornua, & frusta cornuum, quæ monocerotis esse feruntur; cum tamen quicquam certi non habeant, quo id probare possint. Nos pariter multas differentias huius cornu, quæ ad nostras peruenerunt manus hic exhibemus delineatas. Primo loco figuratur Monoceros vulgaris, deinde monoceros alter, tertio, & quarto loco duæ aliæ differentie proponuntur, & postremo loco duæ differentie monocerotis ex terra effossi: nam quandoq; contingit, vt Cetacei pisces à mare in arenas pulsi obruantur, & post multos annos ex imis terræ visceribus ossa eruantur cornuum simulacra referentia, & Circumforanei credulis spectatoribus cornua monocerotis esse persuadent,


Canes cornuti ubi.

Frusta Monocerotis varia.

Qui plura scire cupit de hoc animali, adeat huius Historiam in Tomo quadrupedum Solidipedum.

1. Monoceros vulgaris.
2. Monoceros alter.
3. & 4. Monocerotis aliæ duæ differentie.
5. & 6. frusta Monocerotis ex terra effossi.

Cornu Rhinocerotis cum cyatho ex eodem.



DE ELEPHANTO



OC animal dentium candore, & magnitudine est admirandum, & pro-
 preea ebur eius dens dicitur, quasi à barro, qua voce, Incolæ Elephā-
 tum appellant: quamvis postea solum ebur sit illa pars præcipua, quæ
 extra os animalis proinet, quod nos etiam docuit Plinius. Placuit
 igitur in præsentia icones horum dentium exprimere, posteaquam in
 Tomo solidipedum non fuerunt collocatæ, & primo loco damus dentes Elephāntis
 superiores supinos, deinde eosdem dentes cum parte pronâ superioris maxillæ.

Den-

Dentes Elephantis superiores supini.

